

porum longè doctissimus, in libris suis,  
libera eum irfisone despiciat, quem ille  
suspiceret publicæque crederet insanæ,  
nobis tamen insitum est, & execrari pe-  
regrinum mendacis Dei nomen & odif-  
fe. Ad hoc autem proderit aliquas eius  
fallacias agnoscere, quibus humani ge-  
neris illusor, potius quam consultor, fa-  
mam sibi diuinitatis, multa miserorum  
cæcitate quæsiuerit.

## APOLLO DELPHICVS.

**A**ppius Claudius, is qui ciuili bello  
Pompeianas partes fecutus est, de e-  
uentu rerum dubius, vicinum castris, qui  
jam tum neglectus obmutuerat, reten-  
tauit Apollinem. Itaque Phemenoës que-  
dam templi vates, in antrum compulsa,  
solitoque exæstuans furore, fertur in hanc  
sententiam respondisse: Magnas huius  
belli minas Romanæ ne timeas, nihil e-  
nim ad te, quoniam in pace littus Euboi-  
cum, velut quidam Eubœæ cellam possi-  
debis: Quo ille responso, velut in som-  
nis accepto, perplexior discessit inde  
quam venerat: sed non multo post, apud  
locum qui Eubœæ cella dicitur, quo se-  
cutus responsi, quem putabat sensum se  
contulerat, ante supremum prælium  
morbo